

pubes, & potest esse pater. Ita Anchar. c. de bitum. n. 7. de baptismo.

Verum dicendum est, non desiderari ut patrinus ætate excedat baptizati; nec certâ gratem preferibi in patrinio, ut id minus obire possit. Probatum ratione optima. D. Thomaz. 4. d. 42. q. 2. ar. 1. ad 5. ubi cõstitutâ differentia inter paternitatē legale adoptionis, & spirituales sacramentorum baptismi, & confirmationis. Quod hæc sit quædam regeneratio in Christo, in quo nõ differt masculus à femina, servus à libero, iuuenis à sene, & idẽ indifferenter potest quilibet effici pater spiritualis alterius. Illa autem tendat ad hæreditatis successione, & quamdam subiectionē adoptati adoptanti. Deditur autē antiquiorem iuueni subditi cura rei familiaris. Et idẽ leges petunt adoptantem seniore esse adoptato. Secundò, quia in nullo textu reperitur ætas præscripta in patrinis. Tertiò, quia similiter baptizans, vel confirmas efficitur pater spiritualis baptizati, vel confirmati. Et tamen nullus petit illum maiorem natu esse. Et idẽ huius sententiæ est aperte D. Thom. loco proxime allegato, dum indistinctè ait posse quemlibet effici patrem spirituale alterius, nulla maioris, aut minoris ætatis ratione habita. Et in proprijs terminis docent Navar. lib. 4. cons. tit. de cogn. spir. in 1. edition. cons. 3. nu. vnico, in 2. cons. 4. nu. vnico. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 11. n. 2. in commento, litera. Y. Manuel. 1. tomo summe, in 2. edition. c. 226. n. 1. col. 4. Vega. 1. tomo summe. c. 3. casu. 39.

Hinc deducitur, puerum cuiuscũq; ætatis, dummodo rationis vsum necessarium ad

culpam lethalem contrahendâ habeat, posse esse legitimũ susceptorem in baptismo, vel cõfirmatione, ac suscipiẽdo contrahere verâ cognationem spirituale: secus si rationis vfu careat. Constat prior pars ex dictis. nu. præcedenti, ubi certâ ætatem iure præscriptam non esse ad id minus obediendum probauimus. Deinde, quia tunc reperiri potest legitima intentio faciendi quod alij patrinĩ efficiunt, vnâ cum actione tenendi in susceptione illorum sacramentorum. Ergo vera cognatio spiritualis oriatur. Cõstat etiam posterior pars. Quia non fruens rationis vfu nequit exercere illam susceptionem cum legitima intentione, sed tantum materialiter, instar bruti. At intentionem efficiendi quod alij patrinĩ faciunt, desiderari probauit disput. 58. num. 4. & idẽ hanc sententiam tenent Navar. lib. 4. consiliorum, tit. de cognat. spir. in priori editione, consilio. 1. in fin. In posteriori, consilio. 2. fine, & consil. 3. n. vnico Gaeta repetitione. c. ad l. inna. 30. q. 1. §. 4. q. 1. §. 6. nu. 371. & 372. Henriquez lib. 12. de matr. c. 11. n. 2. Manuel, & Vega. n. præcedenti allegati.

Imò si in minori septennio acceleretur vfu rationis sufficiens ad mortale peccatum, esset ille susceptor legitimus, & veram spirituale cognationem cõtraheret. Ita Henriquez. n. præcedenti allegatus. Et constat ex ibi dictis.

Ad argumentum, & confirmationem, numer. 1. proposita, cõstat ex ratione. D. Thomaz. quam. n. 3. retuli. Deinde congruentia illa, ac similitudo arguit id decens esse, nõ tamen esse præceptum. Cum iure statutũ non reperitur.

DISP. SEXAGESIMASECUNDA.

An si baptismus, & confirmatio irrita sint, aut baptismus in necessitate priuati ministratur, oriatur cognatio spiritualis, tam ex parte ministri, quàm ex parte patrinĩ?

SVMMARIVM.

Quo puer domi baptizatur, & postea in Ecclesia adhibetur solemnitas catechismi, an contrahatur aliqua cognatio in illis solemnitatibus. 1.

An teneatur parochus in libro scribere patrinum fuisse solius catechismi, puero iam do-

mi baptizato? Remissio, numer. 2.

Quot quæstiones disputanda sint, nu. 3.

An ex iteratione solenni baptismi validi priuati collati oriatur cognatio? Refertur quædam sententia. n. 4.

Nullatenus contrahitur ex ea iteratione, nec quoties baptismus, & confirmatio irrita sunt, nu. 5.

Quid?

Quid, si aliquis ratione dubij prioris baptismi rebaptizetur. 6.

Quid, si nondum integrè natus baptizetur, & postea rebaptizetur. 7.

Soluuntur argumenta. n. 8.

An baptizans in necessitate non solemniter, si ne laicus, sue famina, contrahat cognationem? Refertur quædam opinio. n. 9.

Explicatur sententia Authoris. n. 10.

An pater baptizans in necessitate filium concubina, possit illum ducere. nu. 11.

Soluuntur argumenta. n. 12.

An tenens in baptismo non solenni, contrahat cognationem? Refertur quædam sententia. numer. 13.

Verius est tenentem non contrahere, numer. 14.

Quid, si in eo baptismo priuato velit susceptor minus patrinĩ obire. nu. 15.

Soluuntur argumenta. n. 16.

In hac disputatione tanquam certum præmittendũ est, quãdo baptismus domi cõfertur, & postea in Ecclesia adhibetur solennitates baptismi minime iterato, non contrahi cognationem spirituale in ijs catechismi solemnitatibus, quæ matrimonium subsequens dirimat, sed solum quæ illud contrahendum impediatur. Cùm ibi solus catechismus ministratur. Et ita conueniunt omnes Doctores allegati. Et latè tractauit hoc lib. disp. 10. & ibi. num. 12. defendi hoc impedimentum esse profusus ablatum per Tridentinum.

An verò Parochus in libro, in quo nomina patrinorum scribit, teneatur aduertere hunc susceptorem non fuisse patrinum nisi solius catechismi? dixi eadem disput. 10. nu. 13.

Triplex autem quæstio disputanda est. Prima, an quãdo baptismus domi verè collatus iterato solenniter in Ecclesia, ex hac iteratione oriatur cognatio? Secunda, An baptizans priuati in extrema necessitate contrahat cognationem. Tertia, An illum contrahat tenens puerum in eo baptismo priuato?

Quæstio prima. An ex iteratione solenni baptismi priuati validè collati, oriatur cognatio aliqua spiritualis? Aliqui cõsentent ex hac iteratione oriari cognationem spirituale per se factâ, dirimentem subsequens matrimonium. Docentur, quia licet posterior baptismus sit irritus, sufficit ad impedimentum dirimens inducendũ, actũ effici de facto, &

si non de iure, sed irritus sit, ut constat ex c. vnico, de sponsal. in 6. ubi de iudicio ex sponsalibus irritis oriri impedimentum publicæ honestatis dirimens matrimonium. Ita tenent Dominicus consil. 33. num. 5. & 6. Philippus Probus additioe ad Monachum. c. 1. de cognat. spir. in 6. nu. 2. & 3. & teste Mandosio de signatura gratiæ, tit. dispensationes matrimoniales. §. magna fuit. In consilio Rotæ magna fuit suborta quæstio circa hanc rem, & aliqui affirmabant hanc partem, inter quos erat Felinus, qui tunc erat Rotæ auditor.

Cæterum absq; dubio tenendum est, ex solenni illa baptismi iteratione nulla profusus cognatio oriri, siue in rebaptizante, siue in patrinis. Quod conclusum esse in consilio Rotæ testatur Mandosius. n. præcedenti allegatus. Quia iura decernunt ex baptismo oriri cognationem, eò quod sit regeneratio quædam spiritualis. At hic posterior baptismus, nec est verè baptismus, nec vera spiritualis regeneratio. Vnde sic cedit regula iuris. non præstat de regul. iuris, in 6. non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. Præterea, quia nullus est textus decedens ex baptismi penitus inani oriri hoc impedimentum. Et inducere matrimonij impedimentum, est valde odiosum. Et idẽ hæc partem tenent Rosell. verb. impedimentum, impedimento. 6. n. 13. Angel. verb. matrim. 3. impedim. 7. fin. Sylu. verb. matrim. 8. q. 7. dicto. 17. Tabiena, verb. impedimentum, impedim. 5. ad finem. Armilla, verb. matrimonium. n. 13. & 14. Sotus. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. column. penult. vers. atq; addo. Navar. lib. 3. consiliorum, tit. de baptismo, in 1. edition. cons. 1. n. 1. in 2. cons. 2. nu. 1. Ledesma. 2. p. 4. q. 58. ar. 2. ad finem. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 46. column. 2. Philiaurus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 11. Emmanuel Summa, verb. matrimonij, ubi de impedimentis dirimentibus. n. 5. vers. etiã in baptismo. Viuald. cã delabro sacramentorum, ubi de matr. n. 64. Petrus de Ledesma. de matr. q. 56. ar. 1. paulò post principiu. Et generaliter quoties baptismus, vel confirmatio sunt irrita, dicendum est, ex eis nullam oriri cognationem. Quod probant rationes adduæ: & docet Ledesma. 1. p. 4. q. 13. ar. 10. notabili. 3. Gallego de cognat. spir. c. 1. o. n. 8.

Hinc deducitur ex baptismo iterato sub conditione, eò quod de prioris baptismi veritate dubitatur, postquam consti-

terit priorem fuisse validū, non oriri cognationem. At dum id non constat, præsumet Ecclesia cognationem. Ita Sotus, & Bartholomæus à Ledefma. n. præcedenti allegati. Quod intelligo quando est merū dubium. Nam si sint variae opiniones probabiles, dicam. n. sequenti.

7 Secundū deducitur, oriri cognationem spiritualem, dum quis nondum integrè natus baptizatur, quando baptismus est validus: nec oriri postea ex baptismo sub cōditione iterato in Ecclesia propter dubiū valoris prioris baptismi. Sic Nau. lib. 3. conf. tit. de baptismo. in. 1. editione. consil. 1. n. 1. in 2. cōf. 2. n. 1. & dicit id esse verū, licet in quacunq; corporis parte fiat baptismus. Quia censet quacunq; partem aqua intingit sufficere ad baptismi veritatem. Sed bene dixit Alex. de Neuo. c. penultimo, in fine, de cognat. spirit. hoc pendere ex ea questione, an baptismus in quacunq; corporis parte collatus sit validus. Vnde exilimo non ita absolute loquendum, vt loquutus est Nauar. Sed si in ea parte conferatur baptismus, vbi est ita certum, eum esse validum, vt non sit sub conditione iterandus, contrahetur ex eo cognatio, non autem ex iteratione: si autem dubium sit inter viros doctos an in ea parte collatus sit validus, eadem dubitatio insurget vtro ex baptismo cognatio spiritualis confurgat: & si sint duæ opiniones probabiles, quarum altera neget prioris baptismi valorem: altera autem affirmet, poterit tuta conscientia quispiam vtram harum eligere: & tenendo baptismum non fuisse validum, dicit consequenter probabile esse ex eo non oriri cognationem, sed ex iteratione. Contrarium verò dicit, si eam opinionem amplectatur, quæ sustinet priorem fuisse validum. Et cum vtraq; opinio sit probabilis, poterit vtrauis illarū tuta conscientia amplecti.

8 Ad argumentum, nu. 4. propositum, dic in eo casu esse textum expressum: nec eū casum cum valde specialis sit, posse extendi ad alios. Aliter posset inde probari ex omni actu irrito sequi impedimenta omnia iure futura: ac proinde diceremus irregularem esse, qui putans se hominem interficere, verè feram necaret.

9 Quæstio secunda. An Laicus in necessitate baptizans contrahat cognationē spiritualem? Quidam asserunt eam contrahi non posse nisi ex baptismo solemniter à sacerdote ministrato. Probant ex. c. vlt. de

cognat. spirit. ibi. Pro eo quod ipsum pater mulieris eiusdem, qui sacerdos existit, baptizatur. Vbi ponderatur baptizantem fuisse sacerdotem, vt cognatio spiritualis contraheretur. Secundò, quia: ead. limina. 30. q. 1. declaratur parentes, qui proprios filios in necessitate baptizant, non arceri à petitione debiti. Quòd iniustum sit propter actum præcepti, poenam subiri. Quæ ratio æquè militat in laico, qui necessitatis tempore baptizat puerum: si enim ob id oriretur inter ipsum & pueri parentes cognatio spiritualis, priuaretur propter actum præcepti libertate ineundi matrimonij cum illis: ac proinde poenam incurreret. Negari enim non potest, priuari hac libertate esse quoddam poenæ, ac grauaminis genus, & ideo hanc partem sustinent quidam, quos tacito nomine refert Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. conclus. 4. num. 9. Et Monaldus citato Rainerio in sua summa, vbi de matrimonio, vbi de cognatione spirituali, tit. de paternitate, ait laico in articulo necessitatis baptizanti puerum, esse sanum consilium vt matrem eius minime ducat: aut puellam à se tunc baptizantem, at si duxerit, confuendum esse Pontificem, vt decernat an id matrimonium validè initum sit. Quia forte aliud est de baptismo in necessitate collato, & aliud de baptismo solemniter.

10 At dicendum prorsus est, baptizantem etiam laicum in extremo necessitatis articulo contrahere cognationem perfectā spiritualem subsequens matrimonij dirimentem cum baptizato, eiusq; parentibus. Quia omnia iura clamant ex vero baptismo oriri cognationem spiritualement: & solū excipitur, ead. limina. 30. q. 1. quando coniugis filij alter coniux in necessitate baptizatur, & hoc quoad vsum matrimonij, contrahendi, ne, scilicet, per illum actum præiudicetur debiti petitioni. Quæ ratio non æquè procedit in matrimonio contrahendo. Quia priuari coniugis iure debiti exigendi, est in poenā delicti admisi baptizando filij coniugis alterius (vt probabo lib. 10. disp. 30. n. 1. & 2.) At iniquū est poenā incurri propter obseruantiam præcepti. Contrahi autē cognationem, quæ subsequens matrimonium dirimat, ac reddat incestuosum concubitum cum persona baptizata, vel eius parentibus, nulatenus habet rationē poenæ, vel grauaminis, sed pertinet ad quoddam amicitia genus, & coniunctionis, quam statuit Ecclesia inter has personas, ob quā vetuit matrimonium inter illas. Et confir-

matur,

matur, quia moichus tenetur Baptismum solemniter ministrare, & tamen nullus nequebatur contrahere hanc cognationem. Tandem, quia quando impedimentum aliquod non struitur ab Ecclesia in delicti poenam, sed ob alias rationes, incurritur propter actum præcepti. Vt iudex obligatus ad suspendendum delinquentem, irregularis efficitur illū suspendendo. Et ideo hanc partem tueritur ex Iuris peritis, Hostiensis summa tit. de cognatione spirit. 9. & an aliquis. n. 8. Abbas. c. finali. n. vltimo, de cognat. spirit. & ibi Henricus, in fine. Præpositus. c. penultimo. nu. 3. eodem tit. Archid. c. omnes. n. 2. 30. q. 1. & ibi Bellamera. n. 2. Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum. 6. Ioannes de Triburgo in summa Confessorum, libr. 4. tit. 7. q. 14. & 15. Astensis summa. 2. p. lib. 8. tit. 18. artic. vnico. q. 7. Brunellus de sponsalibus, concl. 20. n. 20. Rosella verb. impedimentū, impedimēto. 6. n. 12. Et ibi supplementū sumæ Pisanae, impedimēto. 6. n. 9. Angel. verb. matrimonij. 3. impedimēto. 7. n. 16. Syluest. verb. matrimonium. 8. q. 7. d. 70. 7. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. n. 4. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 14. nu. 7. Gregor. Lopez. l. 1. verb. clerigo, tit. 7. p. 4. Matienso libr. 5. recopil. tit. 1. rubrica. glossa. l. n. 170. Gaeta repet. ead. limina. 30. q. 1. §. 4. q. 1. 4. n. 381. Nauar. summa Latina. c. 46. n. 34. fine. & c. 22. n. 40. fine. Et lib. 4. consil. in 1. editione, tit. de sponsalibus, cōsil. 53. n. 2. in 2. tit. de cognat. spirit. consil. 5. nu. 2. Gallego de cognat. spirit. c. 11. nu. 5. Et ex Theologis Paludan. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. concl. 1. n. 6. & concl. 4. n. 9. Supplementum Gabrielis, ibi. q. 1. ar. 2. concl. 4. & art. 3. dubio. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Sotus. 4. d. 4. q. vnicar. art. 5. ad finem, & d. 42. q. 1. ar. 1. cōf. n. penultima, verb. profectō rationes. Bartholomæus à Ledefma de matrim. dubio 4. ad finem. Palacios. 4. d. 42. disputatioe vnica, columna. 3. verb. dubitas forsan, folio. 93. 1. Enriquez libr. 12. de matrim. c. 11. n. 1. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. n. 5. vers. etiam in Baptismo. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo. 1. p. 2. libr. 2. c. 11. Ludouicus Lopez. n. p. instruct. c. 85. columna. 2. vers. ceterum, & 2. p. vbi de matrim. c. 51. columna. 3. Petrus de Ledefma de matrim. q. 56. art. 1. dubio. 2. Manuel. 1. tomo summæ. 2. editione. c. 22. n. 2. conclus. 2. & n. 11. concl. 5. Vega. 1. tomo sum-

mæ. c. 33. casu vltimo. Viduals candelabro sacram. 1. p. vbi de Baptismo. nu. 42. & vbi de matrim. n. 155. & 158. Llamas in methodo curationis. 3. p. c. 8. §. 19. fine. Quare idem dicendum est de femina baptizante in extrema necessitate. Contrahit enim cognationem spiritualement. Vt probant rationes adductæ. Et ita docent Abbas, Brunellus, Gaeta eiusdem locis.

11 Hinc deducitur, patrem, qui in necessitate filium suæ concubinæ baptizat, non posse eam ducere. Quoniam obstat cognatio spiritualis, quam ex eo Baptismo in necessitate collato oriri ad dirimendum subsequens matrimonium, probauimus num. precedenti. Et ita docent Nauar. triplici loco, Palacios, Philarcus, Ludouicus Lopez duplici loco, Petrus de Ledefma, Vega, Llamas allegati num. precedenti. Manuel. 1. tomo summæ. 2. editione. c. 22. n. 11. concl. 2. Vidual. c. delab. sacram. 1. p. vbi de Baptismo. nu. 42. & vbi de matrim. n. 355.

12 Ad argumenta. n. 9. proposita respondeatur. Ad primum dic narrari in eo textu factum, nec vim efficiat contrahendam cognationem spiritualement in sacerdotio ministranti baptizanti. Ad secundum constat ex dictis. n. 10. vbi probauimus non habere rationem grauaminis, & poenæ: ac discrimen inter vtrumque casum constituitur.

13 Quæstio vltima. An tenens puerum in Baptismo non solemniter ministrato contrahat cognationem spiritualement. Quibusdam placet (quorū opinio est censio probabilem,) sic tenentem eā contrahere. Quòd is verus susceptor sit, nec iura studentia susceptor in Baptismo contrahente, distinguant inter baptismum priuatum, & solemnem. Secundò, quia tunc baptizans contrahit. Cum tamen iura eodem pacto, & tenore loquantur de baptizante, & de suscepcore. Vt constat ex. c. 1. de cognat. spirit. in. 6. & ex Tridentino sess. 24. de matrim. c. 2. Ita tenent Angelus verb. matrimonium. 3. impedimento. 7. nu. 21. Viduals candelabro sacram. 1. p. vbi de matrimonio. n. 154. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. 1. vbi de matrim. c. 51. columna. 3. §. ex quo corollariè sequitur: quantum paulo inferius relato Soto in oppositum trepidet. Et videtur tenere Bartholomæus à Ledefma de matrim. dub. 4. ad finem, quantum enim in sua opinione de solo baptizante in extrema necessitate loquitur: at eam rationem assignat, quòd canones indistinctè loquantur de baptizante, & de suscepcore;

ac

ad proinde clarè sentit idem de utroque. Eiusdem sententiæ videtur Nauar. Philarcus, Emmanuel Sa. citati. n. 10. qui absolute docent, in Baptismo priuatum collato contrahi cognationem.

14. At probabilis est, eam non contrahi à susceptore. Quia cum adhibere susceptore, sit cæremonia ab Ecclesia instituta pro Baptismo solemnè, ubi hic non est, non dicitur propriè, & verè susceptor, qui tenet: imò valde contingens est, vt puer tunc ab aliquo teneatur: in vltis enim matris, aut in incunnabilis positus solet baptizari: quod ab aliquo teneatur, est per accidens maioris commoditatis gratia. Quare vt bene ait Suarez statim allegandus, nil peccaretur omissio patrino in eo Baptismo. Secundo, constat ex communi modo loquendi, vulgique opinione: à quibus argumentum peritum efficax est: (vt latè probat Euardus in suis topis, loco ab opinione Vulgi, ou. 1. Nam tenentes infantem in prædicto casu nec compadres, nec patrini appellantur, nec tales solent existimari: sed illi soli, qui in Baptismo solemnè id munus obseant. Et idem in hanc sententiam inclinat Sotus. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. columna penultima, vers. prolecto rationes. Et eam tenet Gallego de cognat. spirit. c. 11. n. 5. Suarez

3. p. q. 67. art. 8. dubio vltimo. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 22. 6. n. 2. conclus. 2. Vega. 1. tomo summe. c. 33. casu vltimo, ad finem.

15. Ad dicit Suarez n. præcedenti allegatus, quòuis in Baptismo priuato cæremonia susceptoris necessaria nõ sit, at si verè, & propriè adhibeatur, & tenens velit manus susceptoris obire, esse probabile eum contrahere. Quia ille est tunc verè susceptor. Sed ego verius existimo, etiam tunc minime contrahere. Quod non sit in potestate tenentis situm, hanc cognationem contrahere, nisi perita ab Ecclesia seruenter mutus susceptoris non obitur propriè, nisi quando Baptismus est solemnè: (vt docet Sotus, Gallegus, Manuel, Vega, & ipsemet Suarez. n. præcedenti allegati.) nec obstat baptizantem in ea necessitate contrahere. Quia baptizans confert verè sacramentum: at qui sic tenet, vel suscipit, non dicitur propriè tenere, vel suscipere, eo modo, quo ab Ecclesia statutum est. Susceptio enim est cæremonia ab Ecclesia instituta ad Baptismum solemnem: ac proinde solennitate deficiet, deficit quoque vera susceptoris ratio.

16. Ad primum argumentum. n. 13. propositum constat ex dictis. n. 14. Ad secundum constat ex dictis. n. præcedenti.

DE IMPEDIMENTO COGNATIONIS LEGALIS.

DISPUTATIO SEXAGESIMATERTIA.

Quid, & quotuplex sit adoptio: & quando cognatio legalis ex illa cõfurgens obstat matrimonio, illudque dirimat?

SUMMARIVM.

1. Notatur definitio adoptionis. n. 1.
2. Quotuplex sit adoptio: & quid differat inter perfectam, & imperfectam. n. 2.
3. Quis possit adoptare. n. 3. & ibi, quis possit adoptari.
4. Quot modis soluitur adoptio. n. 4.
5. Explicatur definitio cognationis legalis. n. 5.
6. Quotuplex sit cognatio legalis. n. 6.
7. Quot sint quæstiones disputandæ. n. 7.
8. An ex adoptione imperfecta oriatur cognatio legalis, qua matrimonium impediatur, aut dirimatur? Responsetur quædam sententia. n. 8.
9. Non oritur impedimentum dirimens. n. 9.

Neque impediens. n. 10.

Satisfit argumentis. n. 11.

Post. n. 11. inuenies alia summaria.

1. **D**isputatio de impedimento cognationis legalis breuiter præmittere oportet, quid, & quotuplex sit adoptio, & quis adoptare possit. Est enim cognatio legalis effectus adoptionis, ex eaque oritur, sicut affinitas ex copula. Definitur ergo adoptio cõmunitè à iuris peritis sic. Est actus legitimus, per quem fit filius, aut nepos, qui non est, penè naturam imitans. Sed à

D. Thoma

D. Thoma. 4. d. 42. q. 2. art. 1. & cõmunitè à Theologis sic definitur. Est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio. Vtraque autè definitio in idem coincidit. Dicitur extraneæ personæ, id est, eius quæ nõ est in adoptatis potestate, siue sit consanguinea, siue nõ. Dicitur, in filium, vel nepotem, vel deinceps: sub quibus comprehenduntur femina, vt filia, neptis. Quia non potest quisquam adoptari in fratrem, vel parentem. l. nec apud. C. de hered. institut. Dicitur, legitima, id est, secundum legum formam. Cum enim ab ipis instituta sit, vt valeat, & effectum cognationis producat, debet in ea seruari forma legibus præscripta. (Vt n. 18. dicemus.) Dicitur assumptio, id est, electio. Cum enim tanta homini propensio inlita sit ad suam successiõnem in posterum propagandam, futurè introductum, vt naturalibus liberis orbat possint sibi successiõni consulere, adoptantes alios in liberos. Ars enim naturam imitatur, ac illius defectum supplet. Vnde adoptio est quædam legalis, seu artificialis generatio.

2. Est autem duplex adoptio. Quæ scilicet est perfecta, per quam adoptatus transit in adoptantis potestatem, & illi succedit: hæc dicitur arrogatio. Altera est imperfecta, per quam adoptatus non transit in adoptantis potestatem: & hæc dicitur simplex adoptio. Hæc distinctio ab omnibus traditur: & habetur. §. adoptio, instit. de adopt. & l. 7. tit. 7. p. 4. Differunt autem quincuplè. Primo, quia per simplicem adoptionem adoptatus nõ transit in adoptantis potestatem: nec est eius hæres necessarius: ex testamento: bene tamen ab intestato. At per arrogationem transit in potestatem arrogantis, instar filij naturalis: & est eius hæres necessarius ab intestato: ex testamento autem in quarta bonorum parte. Instit. de adoption. §. sed hodie. Secundo differunt, quia adoptari potest, qui non est sui iuris, vt filius sub patris potestate constitutus: at arrogari nequit, nisi qui sui iuris est, nõ penè, emancipatus, & liber homo: Quia eum per arrogationem tradatur quisquam in arrogantis potestatem, oportet eum esse sui iuris, vt tradere se valeat. l. 2. §. vltimo. ff. de adoptione. Tertio differunt, quia adoptio fit cuiuscumlibet iudicis competentis auctoritate, dum tamen apud eum plena sit actio, id est, meum, & mixtum imperium. Arrogatio verò fit sola Principis auctoritate. l. 1. C. de adoptio. & instituta eodè tit. in prin-

cip. & l. regia. 7. tit. 7. p. 4. Quarto, quia arrogator teneatur satisficere de restituendis bonis arrogati illis personis, ad quas essent peruentura, si arrogatus in suo statu mansisset. l. nec ei. §. finali. ff. de adopt. Vltimo, quia in adoptione non requiritur verbum vtriusque expressum: at in arrogatione exigitur verbum vtriusque. Desideratur enim, vt Rex interroget arrogantem, Vis habere hunc in filium, nepotem, vel pronepotem? & arrogans respondeat, Volo: rursus, vt interroget arrogatum, Vis habere hunc in patrem, auum, vel proauum? & ipse respondeat, Volo: & deinde Princeps exprimat sibi placere. Vnde infans adoptari potest, non vero arrogari. Habetur hæc differentia. l. in adoptionibus. l. 2. ff. de adoptione. l. regia. 7. tit. 7. p. 4.

3. Multæ conditiones desiderantur, vt alicui integrum sit alium adoptare. Prima, vt adoptans sit sui iuris, & maior viginti quinque annis. Ratio est, quia si non sit sui iuris, & maior vigintiquinque annis, bona sua administrare nequit. Secunda est, vt sit vir. Nam femina adoptare nequeunt, nisi ex priuilegio Principis: Cum nec filios carnales habeant in potestate. Tertia, vt possit generare, vel si non possit, id non sit ex defectu naturali, sed ex casu accidentario. Quare frigidi adoptare non possunt: eò quòd sunt naturaliter impotentes. l. 2. §. ff. de adopt. Et ratio est, quia adoptio instituta est ad suppleendum liberorum defectum: & ideo illis solis conceditur, qui naturaliter generare possunt. At gladio castrati adoptare possunt. Quia sunt impotentes ex accidenti. Quarto, vt ita excedat ætate adoptatum, vt possit esse eius pater naturalis: immò decem & octo annis debet eum excedere. Arrogare verò nequit, qui quadraginta annos nõ nactus est. Hæc omnia habentur instituta de adopt. Et tradit latè Sylu. verb. adoptio. q. 5. Hinc fit, Sacerdotem posse adoptare. Quia naturaliter non est impotens ad generationem. Sic Hostiensis. c. vnico. n. 4. de cognat. legal. & ibi Abb. nu. 4. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 7. n. 2. Sylu. verb. adoptio, q. 5. & ibi Armilla. n. 9. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 6. q. n. 2. ff. ne. Potest autem adoptari quilibet, siue masculus, siue femina, dummodò sit præfens. Quippe absens nec adoptare, nec adoptari potest, etiam per procuratorem. l. neque. & l. post mortè. §. neque. ff. de adoptio. Latè Angelus verb. adoptio. nu. 4. Sylu.